An. et vol. XXXVII 28 Novembris 1945 (Ser. II, v. XII) - Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM. — Acta Pii PP. XII: Epistulae, p. 273 - Allocutio, p. 284. — Acta SS. Congregationum: S. C. *Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 286 - *S. C. Concilii*: Resolutio, p. 297 - *S. C. Rituum*: Decretum de *Tuto* pro beatificatione S. D. Mariae Goretti, p. 299. — Acta Tribunalium: *S. R. Rota*: Citatio edictalis, p. 301. — Diarium Romanae Curiae: S. C. dei Riti: Congregazioni varie - Segreteria di Stato: Nomine - Necrologio, pp. 302-304.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLV

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 200 — extra Italiam, *L. it.* 300 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 25 — extra Italiam, *L. it.* 35 —

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1909 edita).

Conto corrente con la Posta

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXVII, n. 11 - 28 Novembris 1945)

ACTA PII PP. XII

EPISTULAE

PAG.

I. *Ben volentieri.* - A Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Luigi Lavitrano, Presidente della Commissione Cardinalizia per l'alta direzione dell'Azione Cattolica Italiana. *19 Ottobre 1945* 273

II. *Ex amantissimis.* - Ad Excmum P. D. Michaëlem Rackl, Episcopum Eystettensem: duodecimo elapso saeculo a Dioecesi Eystettensi condita. *30 Octobris 1945* 275

III. *Vivdam vobis licuit.* - Ad Emum P. D. Michaëlem S. R. E. Presb. Card. de Faulhaber, tit. S. Anastasiae, Archiepiscopum Monacensem et Frisingensem, ceterosque Excmos PP. Germaniae Archiepiscopos, Episcopos locorumque Ordinarios: communibus officiosis litteris respondet. - *1 Novembris 1945* 278

ALLOCUTIO

Ad mulieres a Societatibus Christianis Italiae delegatas. - *21 Octobris 1945* . 284

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PAG.

Provisio Ecclesiarum 296

SACRA CONGREGATIO CONCILII

Dioecesis R. et aliarum. - Resolutio de Missa pro populo. - *20 Iulii 1938* . 297

SACRA CONGREGATIO RITUUM

Albanen. - Decretum de *Tuto* pro beatificatione Servae Dei Mariae Goretti, Virginis saecularis. - *21 Maii 1945* . 299

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis: Mechilinien. - Nullitatis matrimonii (Rospigliosi - de Villenfagne). - *29 Octobris 1945* 301

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . 302

II. Segreteria di Stato: *Nomine* . . . 302

III. Necrologio 304

An. et vol. XXXVII 28 Novembris 1945 (Ser. II, v. XII) - Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

EPISTULAE

I

A Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Luigi Lavitrano, President della Commissione Cardinalizia per l'alta direzione dell'Azione Cattolica Italiana.

Signor Cardinale,

Ben volentieri mandiamo ai Cattolici Italiani, che — come Ci è data consolante notizia — si radunano a Firenze per tenere la loro XIX Settimana Sociale, la Benedizione Apostolica per loro implorata, che vorremmo come non mai presaga dei lumi e dei favori divini onde la grande assemblea ha bisogno per dare nelle parole, nei propositi, nelle opere testimonianza veramente pari ai nobili intenti e agli elevati scopi che ne hanno ispirato la convocazione e il programma.

Riprende infatti la serie delle Settimane Sociali dei Cattolici Italiani con la trattazione d'un tema altrettanto arduo che delicato, qual'è quello che verte su la questione da cui tutta è presa l'ora presente della vita italiana, vogliamo dire della costituzione nuova che un paese superstite dai gravissimi sconvolgimenti dell'ultima guerra intende preporre alla sua civica esistenza, e dell'organo che di tale legge vuol essere fattore, la Costituente. È Nostra fiducia che i docenti della Settimana Sociale sapranno essere in argomento di tanto rilievo fidi e strenui seguaci della dottrina cattolica, di cui nei Nostri discorsi e messaggi Noi stessi Ci siamo resi interpreti conforme all'ufficio del supremo magistero ecclesia-

stico confidatoCi da Dio; e ben di cuore facciamo voti che ai loro insegnamenti risponda docile attenzione, saggia discussione, non che fermi ed utili propositi. A Noi soltanto sia dato, in questo paterno saluto alla bella manifestazione di cotesti carissimi Figli, ricordare la responsabilità loro e di quanti ne condividono la fede cattolica e l'amore patrio in questa critica congiuntura della loro vita nazionale.

Ben riflettendo sulle conseguenze deleterie, che una costituzione la quale, abbandonando « la pietra angolare » della concezione cristiana della vita, tentasse di fondarsi sull'agnosticismo morale e religioso, porterebbe in seno alla società e nella sua labile storia, ogni cattolico comprenderà facilmente come ora la questione che, a preferenza di ogni altra, deve attirare la sua attenzione e spronare la sua attività, consiste nell'assicurare alla generazione presente e alle future il bene di una legge fondamentale dello Stato, che non si opponga a sani principii religiosi e morali, ma ne tragga piuttosto vigorosa ispirazione, e ne proclami e ne persegua sapientemente le alte finalità.

Giovi a questo riguardo ricordare che non sempre la novità delle leggi è fonte di salute per il popolo: sovente anzi la precipitosa ricerca di radicali innovazioni è indice d'oblio della propria dignità e della propria storia e di facile resa ad estranei influssi e non a meditate idee. Sappiano dunque i cattolici italiani che il rimanere fedeli alle migliori e provate tradizioni spirituali e giuridiche non vuol dire essere ostili alle trasformazioni sociali che meglio rispondano al bene comune; e dicano alto al loro grande e infelice paese che il patto, onde esso vuol essere condotto ad unità e stabilità, non può cementarsi nè con odio nè con egoismo di classi, sì bene con la mutua e cristiana carità che tutti i cittadini affratelli in reciproco aiuto, collaborazione e rispetto.

Tutto questo siamo certi, Signor Cardinale, risalterà in modo chiaro dalle lezioni, che gli insigni docenti a ciò scelti svolgeranno nella prossima Settimana Sociale dei cattolici italiani, e dalle discussioni che le seguiranno.

Mentre imploriamo da Dio, datore di ogni bene, luce abbondante sui dirigenti, gli organizzatori, i docenti e i discenti, a tutti e in modo speciale a lei, Signor Cardinale, rinnoviamo di cuore l'Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 19 Ottobre 1945.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM P. D. MICHAËLEM RACKL, EPISCOPUM EYSTETTENSEM : DUODECIMO ELAPSO SAECULO A DIOECESI EYSTETTENSI CONDITA.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Ex amantissimis comperimus litteris, abs te haud ita pridem datis, Eystettensem Dioecesim, cui tu digne moderaris, duodecimum elapsum saeculum commemoraturam esse, ex quo eadem legitime constituta fuit.

Vos addecet utique, quamvis difficillimis utamini temporibus, opportunis celebrationibus hoc eventum recolere, cum vobis, diuturnum hoc temporis spatium meditantibus, et quae per huius aetatis decursum apud vos gesta sunt, non una menti succurrat ratio, cur Deo Optimo Maximo debitas agatis grates ob innumera accepta beneficia, atque auspicia inde sumatis ad praesentes superandas rerum asperitates, et ad ita agendum concordibus viribus animisque, ut aperte perspicueque pateat nihil avitam fidem avitamque virtutem apud vos amisisse antiqui fulgoris vetustaeque dignitatis.

Nos autem, illustria Ecclesiae vestrae initia memoria repetentes, quasi animi oculis antiquissima ea cernimus tempora, quibus si Romanorum Pontificum erga gentem vestram flagrantissima caritas tantopere refulsit, at non minus eiusdem gentis voluntas docilis enituit ad sibi traditam catholicam religionem ultro libenterque amplectendam. Ac quasi Nostrae obversantur menti animosi illi evangelicae doctrinae satores, qui — S. Bonifatio, Germaniae apostolo, invicto duce — nationem istam indefatigabili labore excoluere, quique ex eadem, ab agrestibus moribus ad civilem christianamque humanitatem reducta, tot virtutis sanctitatisque flores eduxerunt. Neque Nos latet — quod ipse scribis — arctissima coniunctionis vincula, quibus Eystettensis Dioecesis cum Apostolica Sede in praesens devincitur, iam antiquitus fuisse ab Ecclesiae vestrae conditoribus enixe commendatam, iamque fuisse priscis illis temporibus plane feliciterque vigentem.

Cum vero, ut memoriae traditur, sanctissimus vir Villibaldus, Bonifatii discipulus ac sectator praeclarissimus, idemque primus subinde Dioecesis vestrae Episcopus, a Decessore Nostro ven. mem. Gregorio III evangelicae veritatis praeco in regionem istam, duodecim ante saecula, missus est, haud faciles profecto erant rerum locorumque condiciones,

quandoquidem christianae doctrinae lux gentibus illis vel prorsus erat ignota, vel nondum plane affulserat. At non decidit eius animus, neque idcirco debilitata est apostolici eius studii voluntas; quin potius quo acerbiores erant difficultates, quo acrior circum quaque erat multorum repugnantia, eo instantior eius labor fuit, eo vividior eius fides, eo flagrantior caritas. Deus autem «complevit labores illius» (*Sap.* X, 10). Feliciter enim evenit, ut innumerae multitudines, eius opera sudoreque excultae, ab impura abdicata superstitione ad sanctissima Iesu Christi praecepta reducerentur, et ad eadem suos mores suaeque vitae agendae rationem in exemplum conformarent. Deinceps vero, decursu temporis, in Dioecesis vestrae annalibus aureis inscribuntur litteris insignium Pastorum vestrorum gesta, qui praeclara non modo aedificia in sui gregis bonum exstruxere, sed spiritualem etiam eius profectum apostolico paternoque studio procurarunt, idque praesertim effecere ut catholicam eius fidem ac catholicas morum normas pro viribus tutarentur. Quorum in numero commemorare libet Gebeardum I, strenuum ecclesiasticae disciplinae christianaeque vitae integritatis adsertorem, qui providentissimo Dei Numinis consilio ad divi Petri solium evectus, Victor II nominatus est, ac gravi tempestate agitatam universam gubernavit Ecclesiam.

Celebria pietatis, caritatis ac divini humanique cultus instituta S. Villibaldi eiusque successorum operam consecuta sunt; quae ad nostram usque aetatem ita provecta fuere, ut multum profecto ad Dioecesis vestrae prosperitatem spiritualeque incrementum conferrent. In quibus peculiari modo recordari operae pretium est institutum istud a doctissimo viro conditum Carolo Augusto von Reisach, qui primum Ecclesiam vestram, deinde Monacensem moderandam suscepit, atque ob egregia promerita sua Romanae Purpurae maiestate insignitus est; Eystettense dicimus altioris philosophicae ac theologicae disciplinae institutum, quod et ob doctrinae perquirendae navitatem, et ob adhibitam diligentiam in conformandis ecclesiastico spiritu discipulis nullo non tempore floruit, quodque, dum tristissima in Germania «culturae luctatio» Catholicam adversus Ecclesiam habebatur, dumque per proxime elapsos annos turbida itidem saeviebat procella, sacrorum alumnis non modo ex ceteris quoque Germaniae Dioecesibus suas ianuas patere voluit, sed iis etiam, qui ex aliis terrarum partibus profugi essent.

Dilectissimae quoque Dioecesi vestrae haud defuere quidem aerumnosae periclitationes, quae si graves ei iacturas pepererunt, eius tamen vim virtutemque restinguere non potuere; quin immo eadem, praesentissimo Omnipotentis Dei praesidio munita, ex hisce periclitationibus rerumque angustiis nova veluti iuventute redintegrata evadit. Ita quidem ut

— quod magno cum animi solacio novimus — qui apud vos catholico gloriantur nomine — nequi ii pauci sunt — et mordicus suam fidem adhuc retineant ab erroribusque tueantur, et ab eadem supernas vires supernasque consolationes repetant ad praesentes superandas difficultates, ad suos leniendos mulcendosque dolores, et ad vitae iter eo dirigendum, quo solummodo mortales omnes dignum virtutis praemium, plenam animi requietem, veramque patriam perpetuo mansuram assequi poterunt.

Pergant igitur dilecti Eystettensis Dioecesis filii — te auspice, magistro ac duce — sanctissimis Villibaldi vestigiis insistere; atque haec saecularis commemoratio animos eis addat ad ea omnia alacriter fortiterque peragenda, quae nostra haec aetas a fidelibus Iesu Christi sectatoribus postulat. Postulat scilicet ut hominum mentes, depulsis erroribus, evangelicae veritatis iubare penitus collustrentur; postulat ut Ecclesia, domesticus convictus ac scholae litterarumque ludi adiutricem sibi invicem operam praestent ad iuventam catholicis praeceptis conformandam roborandamque; itemque ut christifideles omnes, tum recta firmaque fide sua, tum suae cuiusque vitae sanctimonia incertos nutantesque aliorum animos confirment veraque luce imbuant; postulat denique — quod superioribus annis vos iam pro viribus egisse magno cum animi gaudio novimus — ut quisquis opem habeat, qua proximorum indigentiam, miseriam, angorem allevare queat, id libentissimeque faciat; utque omnes non modo suum, sed ceterorum etiam odium, invidiam, simultatem compescere ac pacare contendant, nullisque parcant laboribus ut inexhausta religionis nostrae caritas tot malorum cumulo, quae diuturnum nimis edidit bellum, pro facultate mederi possit.

Sanctissima eiusmodi hortamenta ac monita Nostra, Venerabilis frater, cum credito grege communicare gratum profecto tibi erit officium, eumdemque certiorem reddere — si quidem opus est — Nos paterno amantique vobis animo praesentes esse, Nos vestros participare maerores, vestram augere spem percupere, ac vobis divina implorare solacia.

Quorum auspex ac conciliatrix esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, cunctoque clero ac populo tuis curis demandato amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXX mensis Octobris, anno MDCCCCXXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XII

III

AD EM̃UM P. D. MICHAËLEM S. R. E. PRESB. CARD. DE FAULHABER, TIT. S. ANASTASIAE, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISINGENSEM, CETEROSQUE EXCM̃OS PP. GERMANIAE ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS LOCORUMQUE ORDINARIOS: COMMUNIBUS OFFICIOSIS LITTERIS RESPONDET.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Vixdum vobis licuit, post bellicae immanisque conflictationis exitum, Fuldam ex more convenistis ad gloriosissimum S. Bonifatii Episcopi et Martyris sepulcrum, unde quotannis sollemne vobis est, ut laetis ita tristibus gentis vestrae temporibus, caelestem haurire lucem, qua rectum vobis demonstretur iter, qua vitanda pericula detecta pateant, qua denique ea menti vestrae eniteant exsequenda promovendaque opera, quae in populi bonum, vigilantibus curis vestris crediti, aptius magisque opportune, superna opitulante gratia, cedant. Ac vehementer dolemus in conventu hoc vestro Dilectum Filium Nostrum Adolphum Bertram, Archiepiscopum Vratislaviensem, defuisse, qui eidem per diuturnum iam annorum spatium tam sagaciter studioseque praefuit. Cui quidem desideratissimo Praesuli una Nos vobiscum sempiternam a Deo precati sumus felicitatem, qua fruens queat e caelo gregi suo vestratibusque omnibus propitius semper adesse.

Antequam vero, collatis invicem consiliis, coetus vestri labores inire tis, ad Nos mentem erigere vestram voluistis, datisque communibus litteris, arctissimam iterum testari vestram vestrorumque cum Apostolica hac Sede coniunctionem. Quibus in officiosis litteris vestris placuit gratam etiam Nobis idcirco profiteri voluntatem, quod, cum per elapsos annos Germanorum Ecclesia insectatione callida ac vaferrima conflictaretur, proximus Decessor Noster ac Nosmet ipsi nihil reliqui fecimus, quod in facultate esset, ut vobis subveniremus. Quam ad rem non modo falsas doctrinas, quae in publicis Nationis vestrae legibus atque institutis tantopere invaluerant, pro officii Nostri conscientia reprobavimus, iisdemque humaniores christianasque normas sufficiendas docuimus, sed de violatis etiam conventionibus libere pactis conquesti sumus debitamque fecimus expostulationem; et cum nullae terrenae opes succurrerent, tum ad misericordissimum Deum supplices una vobiscum preces adhibuimus, ut vellet ipse benignus luctuosissimis illis rerum condicionibus finem tandem imponere.

Optime autem noveramus — quod quidem palam est heic in vestra

laude ponendum — vos, pro officii vestri conscientia, insanis illis effreni « Nationalismi », quem vocant, placitis agendique rationibus toto pectore obstitisse et adversatos esse; habuisseque hac in re vobiscum consentientem meliorem populi vestri partem. Quam ob rem id iure perpendere probeque animadvertere consentaneum est, cum poenae sanctionesque decernantur, ob tristissimos, qui accidere, eventus; ita quidem ut una cum sontibus innocentes etiam ne puniantur. Atque ob ea omnia, quae vos difficillima hac in causa egistis, a bonorum omnium datore iustoque remuneratore Deo vobis amplissimam ex animo mercedem imploramus; id imprimis supplicantes ut praesentissima gratia sua in arduis illis vobis adsit inceptis exsequendis, quae ingentissima detrimenta postulant ab effrenati eiusmodi « Nationalismi » sectatoribus parta, et a diuturna belli conflictatione orta.

Ad quae magnae gravitatis incepta refectionisque opera aggredienda perficiendaque haud pares profecto vobis suppetunt humanae opes, cum praesertim tot tantasque iacturas habueritis non modo in laicorum ordine, sed in clero etiam vestro, ex quo non pauci in publicae custodiae locis, ubi strenui Religionis suae adsertores supernaeque consolationis largitores studiosissimi allaborabant, vitam ipsam amisere.

Nihilo secius, quamquam pauciores numero estis, vester tamen non cadit animus, neque apostolicum remittit studium vestrum. Novimus enim quo fidei caritatisque ardore animati sitis; nec dubitamus quin vos in eo iam sitis ut vestras augeatis vires, utque eorum, qui desint, suppleatis operam. Eventurum igitur omnino confidimus, idque pro certo habemus, ut vos, Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, vestrique in sacerdotio adiutores, nedum praesentibus malis devicti iaceatis, hoc potius iterum in sua ponatis luce, ex implorato nempe precibus Deo, cui arctissime iungamur, illam oriri hominibus facultatem, cui nihil umquam obsistat, ex eiusque auxilio providentissimoque consilio melioris feliciorisque aevi pendere cursum.

Haud ignoramus tamen causam, quam estis suscepturi, maximi negotii esse, perarduam, perimpeditam; res ipsae, quae ad terrenam hanc vitam pertinent, talem habent gravitatem difficultatemque, ut non modo vestram sollertiam navitatemque exquirant, sed vestrorum etiam generosam consensionem operamque adiutricem. Bellum enim, ut turbo propipiens immanisque procella, non pauca quassavit ac diruit e templis honoris vestri sedibus, quae non modo Religio, sed veneranda etiam antiquitas optimaeque artes sacraverant; itemque curiales aedes vastavit, Episcoporum curionumque domos, religiosorum sodalium ac virginum Deo devotarum domicilia, sacrorum denique seminaria ac collegia ab

Ecclesia constituta fere innumera. Verumtamen Nobis spes arridet fore ut haec aedificia — quorum multa, cum demandati Nobis officii causa apud vos commorabamur, summa admiratione invisimus, Nobisque sunt ob fusas etiam inibi preces carissima — e suis ruinis recidiva resurgant, prouti pastoralia munera in iisdem exercenda, ac decreta reparandarum urbium forma exigant; ita ut quas avita Germanorum fides eorumque peculiaris ingenii ars per elapsae aetatis cursum divini cultus peperere sedes, eae sospites in exemplum perennent, sintque aptae christifidelibus aedes, in quas iidem precandi seseque rite instituendi gratia convenire queant.

Quodsi, ut iam diximus, ingentibus hisce necessitatibus facultates vestrae impares videntur evadere, non est idcirco, ut probe nostis, succumbendum animo; quandoquidem Germaniae etiam historia edocet christianum populum, qui integritate morum, recto ordine indefessoque labore eniteat, firma actuosaque voluntate sua, divinae gratiae suffulta auxilio, difficultates omnes eluctari atque evincere posse, et quamvis magna penuria laboret, felicem tamen posse ac prosperum suis rebus consequi exitum.

At iure meritoque non tam vos angunt sollicitosque tenent innumerae patriae vestrae ruinae, quam ea, perniciosiora utique, animorum detrimenta, ex pravarum illis doctrinarum placitis orta, quae posthabita evangelica lege, stirpis, sanguinis superbiaeque iura atque imperata in eius locum suffecta voluere. Quamobrem opportune vobismet spondetis ipsis nihil vos reliqui esse facturos, quod errantes ad frugem reducere bonam queat, quodque praeiudicatas opiniones atque erratas — postremis hisce annis in cumulum adiectas, cum de Iesu Christo, Dei Verbo homine facto, deque ab eo condita Ecclesia, tum de divinis eius mandatis ac praeceptis — detegere, collustrare ac removere possit. Ex hisce enim praeceptis tantummodo, in sua luce collocatis et ad rem forti animo diligentique deductis, non solum aeterna aliquando beatitudo oriri potest, sed terrena etiam illa prosperitas ac felicitas, quam in praesenti hac vita assequi datum est. Quapropter patria etiam vestra, tam afflictis rebus hodie perturbata, si pacem, si caritatem, si humilitatem ab Evangelio partam privatim publice amplexa fuerit, salutem veri nominis feliciorague tempora assequi poterit.

Quae ut effecta dentur, facile intellectu est quantum intersit ut — quod Nos ex animo ominamur — incepta illa atque instituta apud vos quam primum reviviscant, quorum sit omne genus scripta, catholicis praeceptis conformata ac guttembergia arte prodita, summo cum rei christianae incremento promovere ac propagare. Hac siquidem ope ac ra-

tione, sive de re sociali deque peculiaribus eius condicionibus quaestiones agitentur, sive de publicae rei administratione ac regimine causa agatur, sive denique aliae gravissimae causae pertractentur — ut, verbi gratia, de iuventutis institutione, de matrimonio ac de domestico convictu, de quibus iam Decessores Nostri fel. rec. Leo XIII et Pius XI, ac Nosmet ipsi, occasione data, aptiores quae videbantur normas impertivimus — opportuna vobis facultas dabitur, qua et recta tradantur doctrinae principia, et tutiores disceptationum exitus proponantur.

Ad rei autem socialis disciplinam illa etiam praestantissima causa procul dubio pertinet, quae de ordinando operariorum omnium foedere agit, qui quidem, ut scribitis, « proxime in unum corpus » consociandi sunt. Animadvertimus porro eiusmodi consociationis formam rationemque, dum extraordinaria haec rerum adiuncta perseverent, pro tempore admitti posse. Attamen, cum haec eadem ratio ac forma gravium periculorum expers non sit, vestrae curae profecto ac vigilantiae erit opificum studia voluntatumque proclivitatem ita regere ac moderari, ut qui ex iisdem catholico censentur nomine, a socialis doctrinae praeceptis, quae ex Evangelio atque ex iure naturali hausta, iam superiore aetate tam illuminate ac recte a maioribus tradita sunt, minime aberrent; idque pro viribus fiat, ut acris civium ordinum dimicatio ac politicarum partium contentio ex uno hoc corporatorum hominum foedere ne oriantur, sed potius ad societatis concordiam, ordinem, stabilitatem nostri artifices pro sua quisque facultate conferant. Etenim si publicum praeteritorum annorum regimen, vi oppressioneque innixum, alius in posterum consequetur dominatus, ea itidem spiritualis vitae principia spernens nullove loco habens, quae — ut sunt debitae libertatis humanaeque dignitatis normae — civilis consortionis fundamentum ac firmamentum exstant, tum novum procul dubio patria vestra irreparabile patietur detrimentum.

Quod autem opportunum vobis visum est nullis ambagibus decernere de propriis catholicorum scholis, quas lingua vestra « Bekenntnisschule » vocatis, id Nos valde ex animoque probamus. Etenim, si apud vos litterarii rudimentorum ludi, quos omnes ex officio celebrare debeant, a publica auctoritate dentur, tum procul dubio oportet a propriis catholicorum scholis ne discedatur; quod quidem et optima superioris aetatis consuetudo, et civium iura, et pacti etiam conventi normae, inter Apostolicam Sedem ac Germaniam initi, omnino postulant. Ceterum, qualiscumque apud vos erit in posterum scholasticarum rerum moderandarum ratio, patribus matribusque familias iisque etiam, ad quos parentum loco puerorum institutio pertineat, legitima facultas esto eos catholicis adscribendi litterarum ludis.

Norunt omnes, quemadmodum proprias catholicorum scholas, ita florentissima ea doctrinarum domicilia, quae privatim in vestratum bonum constituta essent, — ut praesertim puellaria illa litterarum instituta, quae virgines Deo sacrae moderabantur, aliaque multa — ea omnia iniquae insectationis procellam abstulisse diripuisseque miserrime. Verumtamen ea ipsa obstinatissima voluntas, qua haec instituta deleta ac dissoluta fuere, eorum vim virtutemque clare testatur recte christianeque educandi iuventutem; quamobrem fore non sperare non possumus ut eadem quam primum feliciter revirescant, ac domesticae civilique societati nova pariant uberrimaque beneficia.

Compertum habemus Germaniam ante annum MDCCCCXXXIII catholicorum consociationibus affluxisse paene innumeris. Iamvero, cum in praesens de earum restitutione agatur, occurrit quaestio quo modo et quo numero eaedem redintegrandae sint. Quam ad rem, non tam ea oportet respicere, Dilecte Fili ac Venerabiles Fratres, quae praeterito iam tempore exstiterint, et quae hoc in genere vobis a maioribus traditae sint, gloriosae utique inceptorum memoriae, quam ea potius intento considerare animo necesse est, quae praesentis aetatis necessitates exquirant, et quae in posterum potiorem opportunitatem potioremque virtutis efficacitatem habeant. Consociationes nempe, quae antea se probavere optime, quarumque munus, nedum momenti gravitas minuerit, potius adauxerit — ut exempli causa de catholicorum opificum sodaliciis asseverari potest — eas consentaneum erit, quo modo iam fuere, eodem modo reviviscere; idque vel in unaquaque, vel in pluribus inter se copulatis dioecesibus auspicio ac nutu vestro fiat, prouti nempe vobis opportunum magis videtur, ac praestitutus iisdem finis postulat. Multum autem interest, ut probe nostis, Actioni Catholicae cum ceteris catholicorum sodalitatibus claram rectamque intercedere rationem, ex qua et mutua consensio et adiutricis operae collatio feliciter oriantur.

Deus solummodo, Dilecte Fili ac Venerabiles Fratres, aerumnarum miseriarumque cumulum metiri potest, quas vobis vestratibusque diuturnum peperit bellum, cuius tristissimos consequentes exitus in praesens toleratis. Summo igitur cum paterni animi Nostri solacio didicimus ad gravibus hisce acerbitatibus pro facultate medendum iterum apud vos catholicorum consociationem caritatis exercendae excitatam esse, iamque ad sibi creditum propositum instanter efficienterque allaborare.

Nos autem, dum omnium vestrum angores maeroresque vehementer participamus, iis nominatim cupimus sollicitum pandere animum Nostrum, qui Berolinum incolunt Germaniamque orientalem. Novimus enim acerbissimam eorum sortem, ac quasi oculis cernimus formidolosas illas

ruinas vastitatesque, quas bellum ad finem vergens eiusque exitus florentibus illis provinciis, urbibus, oppidis miserrime intulit. Indignas potissimum vobiscum lamentamur iniurias calamitatesque, quas non paucae e Germaniae mulieribus ac puellis passae sunt. Ac quemadmodum dolores omnes, quas in orientis occidentisque terris, quas in Europae, quas in Asiae, quas in Africae regionibus saevissima peperit dimicatio, Nostrum excruciant animum, ita peculiari in maerore sumus ob miserias omne genus, quas bellum vobis edidit, apud quos multos iam annos, non sine ubere laboris fructu, traduximus, et cuius vividam animosamque fidem in catholicorum congressionibus, Berolini, Vratislaviae, Magdeburgi habitis, praesentes vidimus. Vestratibus igitur omnibus, atque iis nominatim, qui, ad milia bene multa, e domesticis laribus extrusi infeliciter ubiquaque aberrant, divinam Nostris precibus misericordiam imploramus. Iam elapsis mensibus nullam praeteriri voluimus opportunitatem, qua Nobis liceret vestram vestrorumque sortem, ad victum praesertim quod attinet, pro viribus mitigare; atque in praesens etiam hac una tenemur studiosa voluntate, ut paternis nempe optatis ac votis, quae causa vestra suscepimus, felix exitus respondeat.

Cum vero tristissimos eos eventus, qui in orientalis Germaniae territorio postremis hisce mensibus subsecuti sunt, probe noscamus, enixe omnes adhortamur ut vis vim ne reverberet, sed ei potius iuris virtus respondeat; itemque ut, integro adhibito iustitiae iudicio, cum iis, qui reapse sunt sontes ideoque puniendi, ii etiam civium ordines ne misceantur, qui, ut in aliis Nationibus ita apud vos, nulla belli culpa nulloque crimine commaculati sunt. Atque utinam communis catholica fides, quam plurimi ex utraque parte profitentur, odii simultatisque aestus, ubique formidolose gliscentes, cohibere ac compescere queat, atque hoc modo pacificationis caritatisque afflatui sternere viam. Haec Nostra adhortatio est; haec Nostra spes, hoc votum atque optatum Nostrum. Ubicumque abstergendae sunt lacrimae, ubicumque tristitia animi anguntur, ibi Nos, ut nostis, consolatione, auxilio adesse percupimus. Pro certo igitur habeatis nihil Nos intentatum habituros esse, quamvis graves difficultates obsistant et impeditissima sint tempora, ut aliquid vobis adiumenti feramus, ut rerum angustias in patria vestra qua caritatis operibus, qua alloquiis ac pertractationibus habitis, allevare contendamus, ut denique qui ex gente vestra mariti, filii, fratres in captivitate degunt, eos, quod possit, consolemur, idque pro viribus efficiamus, quotiescumque facultas detur, ut ad eorum familias ex eis nuntii perferantur.

Vos autem, ut ea procul dubio memori recolitis animo, quae Divinus Redemptor edixit, cum in pauperibus, in nudis, in famelicis, in derelictis

semet ipsum respicere admonuit, ita vividam illam sincerae caritatis flammam, quae in vobis ardet, in ceterorum animis excitari enixe instanterque contendite. Eius luce suavissimoque tepore singulorum mentes, consilia, proposita meliora purioraque fiant, privata commoda communibus cedant, simultates restinguantur, voluntatesque omnium, in unum cunctorum conversae bonum, patriam vestram redintegrandam collatis viribus suscipiant.

Hisce Nos votis animique sensibus, vobis singillatim, Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, itemque utriusque ordinis clero vestro, ac christifidelibus omnibus vestrae cuiusque curae demandatis, sive intra domesticos parietes sunt, sive procul adhuc misere remorantur, Apostolicam Benedictionem, caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae pignus, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die I mensis Novembris, in festo omnium Sanctorum, anno MDCCCCXXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Ad mulieres a Societatibus Christianis Italiae delegatas *

I DOVERI DELLA DONNA NELLA VITA SOCIALE E POLITICA

Questa grande vostra adunata intorno a Noi, dilette figlie, trae dalle circostanze presenti un particolare significato, poichè, se in ogni tempo Ci è grato di accogliervi, di benedirvi e di darvi i Nostri paterni consigli, si aggiunge in quest'ora il bisogno d'intrattenervi, secondo le vostre instanti richieste, sopra un argomento di grande rilievo e di primaria importanza ai giorni nostri: vogliamo dire, i doveri della donna nella vita sociale e politica. Una tale occasione Noi stessi l'attendevamo con desiderio, perchè la febbrile agitazione di un travagliato presente e anche più le sollecitudini per l'incerto avvenire hanno messo la condizione della donna al centro dell'interesse non meno degli amici che dei nemici di Cristo e della Chiesa.

IL PROBLEMA FEMMINILE - LA DIGNITÀ DELLA DONNA

Diciamo subito che per Noi il problema femminile, così nel suo complesso, come in ognuno dei suoi molteplici aspetti particolari, consiste tutto nella conservazione e nell'incremento della dignità che la donna

* Habita die 21 mensis Octobris a. 1945.

ha ricevuta da Dio. Per Noi dunque esso è un problema non di ordine meramente giuridico o economico, pedagogico o biologico, politico o demografico; ma che, pur nella sua complessità, gravita tutto intorno alla questione: come mantenere e rafforzare quella dignità della donna, massime oggi, nelle congiunture in cui la Provvidenza ci ha posti? Vedere altrimenti il problema, considerarlo unilateralmente sotto uno qualsiasi degli aspetti summenzionati, sarebbe lo stesso che eluderlo, senza alcun profitto per nessuno, meno di ogni altro per la donna stessa. Staccarlo da Dio, dal sapiente ordinamento del Creatore, dalla sua santissima volontà, è svisare il punto essenziale della questione, vale a dire la vera dignità della donna, dignità che ella ha soltanto da Dio e in Dio.

Da ciò consegue che non sono in grado di rettamente considerare la questione femminile quei sistemi, i quali escludono dalla vita sociale Iddio e la sua legge, e ai precetti della religione concedono, al più, un umile posto nella vita privata dell'uomo.

Per questo voi, lasciando da parte i nomi sonori e vuoti, coi quali alcuni vogliono qualificare le rivendicazioni del femminismo, vi siete lodevolmente aggruppate ed unite come donne e giovani cattoliche, per corrispondere come si conviene alle naturali esigenze e ai veri interessi del vostro sesso.

I

Qualità particolari dei due sessi e loro mutua coordinazione

In che consiste dunque questa dignità che la donna ha da Dio?

Interrogate la natura umana, quale il Signore l'ha formata, elevata, redenta nel sangue di Cristo.

Nella loro dignità personale di figli di Dio l'uomo e la donna sono assolutamente uguali, come anche a riguardo del fine ultimo della vita umana, che è la eterna unione con Dio nella felicità del cielo. È gloria imperitura della Chiesa l'aver rimesso in luce e in onore questa verità e l'aver liberato la donna da una degradante servitù contraria alla natura. Ma l'uomo e la donna non possono mantenere e perfezionare questa loro uguale dignità, se non rispettando e mettendo in atto le qualità particolari, che la natura ha elargite all'uno e all'altra, qualità fisiche e spirituali indistruttibili, delle quali non è possibile di sconvolgere l'ordine, senza che la natura stessa venga sempre di nuovo a ristabilirlo. Questi caratteri peculiari, che distinguono i due sessi, si palesano con tanta chiarezza agli occhi di tutti, che soltanto una ostinata cecità o un dottrinarismo non meno funesto che utopistico potrebbero negli ordinamenti sociali disconoscerne o quasi ignorarne il valore.

Ben più. I due sessi, per le loro stesse qualità particolari, sono ordinati l'uno all'altro in tal guisa che questa mutua coordinazione esercita il suo influsso in tutte le molteplici manifestazioni della vita umana sociale. Noi Ci restringeremo qui a ricordarne due per la loro speciale importanza: lo stato matrimoniale e quello del celibato volontario secondo il consiglio evangelico.

Lo stato matrimoniale

Il frutto di una vera comunanza coniugale comprende non solo i figli, quando Iddio li concede agli sposi, e i benefici materiali e spirituali che la vita di famiglia offre al genere umano. Tutta la civiltà in ogni suo ramo, i popoli e la società dei popoli, la Chiesa stessa, in una parola, tutti i veri beni della umanità ne risentono i felici effetti, là ove questa vita coniugale fiorisce nell'ordine, ove la gioventù si abitua a contemplarla, a onorarla, ad amarla come un santo ideale.

Là, invece, ove i due sessi, immemori dell'intima armonia voluta e stabilita da Dio, si abbandonano a un perverso individualismo; ove essi non sono reciprocamente che oggetto di egoismo e di cupidigia; ove non cooperano di mutuo accordo al servizio della umanità secondo i disegni di Dio e della natura; ove la gioventù, noncurante delle sue responsabilità, leggiera e frivola nel suo spirito e nella sua condotta, si rende moralmente e fisicamente inetta alla santa vita del matrimonio; ivi il bene comune della umana società, nell'ordine così spirituale come temporale, si trova gravemente compromesso, e la stessa Chiesa di Dio trema, non per la sua esistenza — essa ha le promesse divine! —, bensì per il maggior frutto della sua missione fra gli uomini.

Il celibato volontario secondo il consiglio evangelico

Ma ecco che da quasi venti secoli, in ogni generazione, migliaia e migliaia di uomini e di donne, tra i migliori, rinunziano liberamente, per seguire il consiglio di Cristo, a una propria famiglia, ai santi doveri e ai sacri diritti della vita matrimoniale. Il bene comune dei popoli e della Chiesa ne rimane forse esposto a pericolo? Tutt'altro! Questi spiriti generosi riconoscono l'associazione dei due sessi nel matrimonio come un alto bene. Ma se si discostano dalla via ordinaria, dal sentiero battuto, essi, lungi dal disertarlo, si consacrano al servizio della umanità col completo distacco da se stessi e dai loro propri interessi, in un'azione incomparabilmente più ampia, totale, universale. Guardate quegli uomini e quelle donne: vedeteli dedicati alla preghiera e alla penitenza; applicati alla istruzione e alla educazione della gioventù e degli igno-

ranti, chini al capezzale dei malati e degli agonizzanti; dal cuore aperto a tutte le miserie e a tutte le debolezze, per riabilitarle, per confortarle, per sollevarle, per santificarle.

La giovane cristiana rimasta suo malgrado senza nozze

Quando si pensa alle fanciulle e alle donne che rinunziano volontariamente al matrimonio, per consacrarsi ad una vita più alta di contemplazione, di sacrificio e di carità, subito sale sul labbro una luminosa parola: la vocazione! È la sola parola che si addica a così elevato sentimento. Questa vocazione, questa chiamata di amore, si fa sentire nei modi più diversi, come infinitamente varie sono le modulazioni della voce divina: inviti irresistibili, ispirazioni affettuosamente sollecitanti, soavi impulsi. Ma anche la giovane cristiana, rimasta suo malgrado senza nozze, che però fermamente crede alla Provvidenza del Padre celeste, riconosce nelle vicissitudini della vita la voce del Maestro: *Magister adest et vocat te*;[1] il Maestro è qui e ti chiama! Ella risponde; ella rinunzia al caro sogno della sua adolescenza e della sua giovinezza: avere un compagno fedele nella vita, costituirsi una famiglia! e nella impossibilità del matrimonio discerne la sua vocazione; allora, col cuore affranto ma sottomesso, dà anch'ella tutta se stessa alle più nobili e multiformi opere di bene.

La maternità ufficio naturale della donna

Nell'uno come nell'altro stato l'ufficio della donna apparisce nettamente tracciato dai lineamenti, dalle attitudini, dalle facoltà peculiari del suo sesso. Ella collabora con l'uomo, ma nel modo che le è proprio, secondo la sua naturale tendenza. Ora l'ufficio della donna, la sua maniera, la sua inclinazione innata, è la maternità. Ogni donna è destinata ad essere madre: madre nel senso fisico della parola, ovvero in un significato più spirituale ed elevato, ma non meno reale.

A questo fine il Creatore ha ordinato tutto l'essere proprio della donna, il suo organismo, ma anche più il suo spirito e soprattutto la sua squisita sensibilità. Di guisa che la donna, veramente tale, non può altrimenti vedere nè comprendere a fondo tutti i problemi della vita umana che sotto l'aspetto della famiglia. Perciò il senso affinato della sua dignità la mette in apprensione ogniqualvolta l'ordine sociale o politico minaccia di recar pregiudizio alla sua missione materna, al bene della famiglia.

[1] Io. 11, 28.

Tali sono oggi pur troppo le condizioni sociali e politiche: esse potrebbero farsi anche più incerte per la santità del focolare domestico e quindi per la dignità della donna. La vostra ora è sonata, donne e giovani cattoliche; la vita pubblica ha bisogno di voi: ad ognuna di voi si può dire: *tua res agitur*![2]

Condizioni sociali e politiche non favorevoli alla santità della famiglia e alla dignità della donna

Che già da lungo tempo i pubblici eventi si siano venuti svolgendo in modo non favorevole al bene reale della famiglia e della donna, è un fatto innegabile. E verso la donna si volgono vari movimenti politici, per guadagnarla alla loro causa. — Qualche sistema totalitario mette dinanzi ai suoi occhi mirifiche promesse: uguaglianza di diritti con l'uomo, protezione delle gestanti e delle puerpere, cucine ed altri servizi comuni che la liberano dal peso delle cure domestiche, pubblici giardini d'infanzia e altri Istituti, mantenuti e amministrati dallo Stato e dai Comuni, che la esimono dagli obblighi materni verso i propri figli, scuole gratuite, assistenza in caso di malattie.

Non si vogliono negare i vantaggi che possono ritrarsi dall'uno o dall'altro di questi provvedimenti sociali, se applicati nei debiti modi. Che anzi Noi stessi abbiamo in un'altra occasione osservato come alla donna è dovuta per lo stesso lavoro e a parità di rendimento la medesima rimunerazione che all'uomo. Rimane però il punto essenziale della questione, a cui già abbiamo accennato: la condizione della donna è con ciò divenuta migliore? La uguaglianza dei diritti con l'uomo ha, con l'abbandono della casa ove ella era regina, assoggettato la donna allo stesso peso e tempo di lavoro. Si è messa in non cale la vera sua dignità e il solido fondamento di tutti i suoi diritti, vale a dire il carattere proprio del suo essere femminile e l'intima coordinazione dei due sessi; si è perduto di vista il fine inteso dal Creatore per il bene della società umana e soprattutto della famiglia. Nelle concessioni fatte alla donna è facile di scorgere, più che il rispetto della sua dignità e della sua missione, la mira di promuovere la potenza economica e militare dello Stato totalitario, cui tutto deve essere inesorabilmente subordinato.

D'altra parte, può forse la donna sperare il suo vero benessere da un regime di predominante capitalismo? Noi non abbiamo bisogno di descrivervi ora le conseguenze economiche e sociali che da questo derivano.

[2] *Horat. Epist.* 1, 18, 84.

Voi ne conoscete i segni caratteristici e ne portate voi stesse il gravame: eccessivo agglomerarsi delle popolazioni nelle città, progressivo e invadente incremento delle grandi imprese, difficile e precaria condizione delle altre industrie, specialmente dell'artigianato e anche più dell'agricoltura, estensione inquietante della disoccupazione.

Rimettere, il più possibile, in onore la missione della donna e della madre nel focolare domestico: tale è la parola che da tante parti si leva, come un grido d'allarme, come se il mondo si ridestasse, quasi atterrito dei frutti di un progresso materiale e tecnico, di cui si mostrava dianzi così orgoglioso.

Osserviamo la realtà delle cose.

Assenza della donna dal focolare domestico

